

Verumtamen oculis tuis considerabis :
et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea :
altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum, et flagellum
non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te :
ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te : ne forte of-
fendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambula-
bis : et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo
eum : protegam eum, quoniam cognovit
Nomen meum.

Clamabit ad me, et ego exaudiam eum :
cum ipso sum in tribulatione, eripiam
eum, et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum et
ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri, &c.

PSEAUME 133.

ECce nunc benedicite Dominum :
omnes servi Domini.

Qui statis in domo Domini : in atriis
domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in
sancta : et benedicite Dominum.

sec

di

Ut

Sis

P

Et n

Hos

Ne

P

Per

Qui

Regn

est su

ne, D

R.

Rép

Comm

In

v. P

nitatis.